



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

Dom. post Ascensionem. Cùm venerit Paracletus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

PUNCTUM III.

1.
Dei bo-
nitas.

1. **A**dhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Considera Dei bonitatem non plura nobis imponentis, quàm ferre possimus, & ad captum omnium se accommodantis: quod non facit caro & mundus, plura sæpe exigens à suis, quàm portare queant. 2. Cogita quamvis multum nobis profecisse sæpe videamur, tamen multa adhuc deesse. 3. Quanti te faciat Christus, quod non solùm seipsum totum, id est, corpus, animam & sanguinem, sed etiam Spiritum sanctum suum promittat, mansurum tecum in æternum, ne erres, vel labaris.

3.
Profusa
Dei libe-
ralitas.

DOM. POST ASCENSIONEM.

Cùm venerit Paracletus.

Joan. 15. 16.

PUNCTUM PRIMUM.

1.
Spiritus
S. acce-
pti notæ.

1. **D**ixit Jesus discipulis: Cùm venerit Paracletus Spiritus veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Considera inde constare te, vel alium Spiritum Dei habere, si nempe sit paracletus, id est, consolator afflictorum, verbóque & opere misericordiæ viscera miseris ostendat. 2. Si veritatis ita sit amans, ut etiam mendacia jocosa

cosa & officiosa, omnesque fictiones horreat, non aliud corde, aliud ore loquatur omnis doli expers. 3. Si exemplo Apostolorum, posito omni metu ubique veritatem fidei à SS. Patribus ac ceptam, pro talento accepto, dum occasio tulerit, cum zelo tueatur, nec patiatur injuriosum aliquid dici in Christum, Sanctos, Ecclesiam, Christi Vicarium, &c.

3.

PUNCTUM II.

Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque Synagogis facient vos. Considera summam sollicitudinem & amorem Christi in discipulos, tam sedulo & crebro eos monentis de futuris persecutionibus, & odio summo Judæorum in eos secuturo, ne idè vacillarent in fide, vel cogitarent se à Christo deceptos. Ut discas, si quando alios vel docebis vel eorum curam geres, omnem laborem impendere, ne à fide, vel à sancta vita inchoata deficient, monere etiam proprium piorum esse multa pati, idque Deum permittere, ut major illis cedat corona in cælo.

Persecutiones iustorum.

PUNCTUM III.

Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Considera, sicut infideles hæretici putant se rem gratissimam Deo facere, si occidant Catholicos, cum faciant ingrattissimam, ita debes velle, tendere in contrarium & petere gratiam à Deo ita proficiendi,

Desiderium patiendi pro Christo.

2.
Homo
arbori
compa-
ratus.

i.
ona o-
era ne-
flaxia.

2.
rde
ro.
es 4.

ciendi, ut possis aliquando sanguinem data occasione pro fide Catholica profundere, quod constat sacrificium Deo esse gratissimum, ut Christus hoc ipso sermone Joan. 1. declarat dicens : *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam ponat quis pro amicis suis.*

DOM. IV. POST PENTEC.

Christus docet è navi Petri Luc. 5.

PUNCTUM PRIMUM.

1.
Amot
verbi
Dei.

T*U* *Urba irrudente, Christus ascendit in navim Petri & in ea pusillum à terra reducta sedens docuit turbam.* Considera quanto fervore turba hæc accurrerit ad audiendum verbum Dei ; nos autem non ad audiendas pias exhortationes, sed ad audiendas nugas, & nova

2.
Procel-
læ in
Eccle-
siam.

hujus sæculi pari fervore sæpe feramur, 2. Christum docere è navi Petri, ut ostendat Romanam Ecclesiam varijs tempestatibus in mari hujus mundi agitandam, ut virtus ejus magis elucescat, & te idem passurum si in ea persistas.

3.
Doctri-
na cœle-
stis.

3. Navim reductam fuisse à terra, quia doctrina Concionatoris & vita non debet esse terrena, sed cœlestis.

PUNCTUM II.

1.
Coope-
ratio.

1. **V***T* *cessavit loqui, dixit Simoni: Duc in altum, laxate retia vestra in capturam: Et respondit. Tota nocte nihil cepimus: in verbo autem*

tem